



A R G V M E N T V M L I B R I S E -
Q V E N T I S P E R B E A T .
R H E N A N V M .



ERRISSIMVM est quod alibi dixit Tertullianus, de Philosophorum ingenijs omnem haresim animari. Siquidem Marcion hinc deum suum meliorem commentus est, quod Stoicæ scholæ decreta, cuius ille fuit alumnus, ἀπάθεια hoc est affectuum uacuitatem tantopere prædicent. de qua seipsum etiam superbe iactant eius factio- nis cōsecranei. quod diuus Hieronymus nullo modo ferre potest. Enimvero superioribus libris egregie confutatus est, legem ab euangelio separans, & nouum ac meliorem deum comminiscens qui Christum in terras miserit: quatenus uidelicet id partim ex instrumento ueteri, partim ex Euangelio pro sua libidine corrupto, persuadere molitus est. Iam quoniam ex Paulinis quoque epistolis simili temeritate adulteratis, & prout ipsi uel cōmodum uel incommodum erat demutatis, insaniam suam Apostolico calculo comprobare tentabat, ostendit hoc postremo libro non alium Christum in illis prædicari, quàm creatoris. Quod si Paulus in quosdam inuehatur ceremonijs ueteris legis rursus utentes, non ideo creatori illum aduersari, qui ipse per Prophetas suos testatus sit umbras ueteris legis desituras exorta luce Euangelica. Agitur autem hic idem argumentum fucante sua Marcione ex uerbis Paulinis, & uicissim refellente Tertulliano, quod prioribus libris ante tractatum est. Porro quod omnibus epistolis excussis (præter eas quæ sunt ad Titum & Timotheum quas reijciebat Marcion) illius quæ ad Hebræos inscribitur non est facta mentio, satis declarat, ea ætate Paulo non fuisse tributam.

Q · SEPTIMI FLOREN
T I S T E R T V L L I A N I , A D -
V E R S V S M A R C I O N E M
L I B E R Q V I N T V S .



N I H I L sine origine nisi deus solus. Quæ quantum præcedit in statu omnium rerum, tantum præcedat necesse est etiam in retractatu earum, ut cōstare de statu possit. Quia nec habeas despiciere quid quale sit, nisi certus an sit, cū cognoueris unde sit. Et ideo ex opusculi ordine ad hanc materiam deuolutus, Apostoli quoque originem à Marcione desidero, nou⁹ aliqui discipulus, nec ullius alterius auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temere credendum: temere porro credi quodcūq; sine originis agnitione credetur: quicq; dignissime ad sollicitudinem

ADVE
calinem re
quem in al
dians poste
tam ex
nato officio
ita adicien
obrem Por
recepti. si
lor in dei
Paulum, qu
posuerit ut
Apostolatu
filius & qu
CHRISTV
ius alterius
dus actis
mikos uer
mentiar
ego in perfo
corundam
qui uindica
stolus, ut al
mibi Pau
prophetic
fit, Beniam
beram dab
debat lupu
stauru pec
etiam datu
doctorem
dehinc per
tendebat q
secundum
ette Act
que non n
hominibus
fensione ei
Paulum: N
Nego ut m
pe quæ ear
aut proba